

VALERIO MASSIMO, II 1.9-10

Senectuti iuventa ita cumulatum et circumspectum honorem reddebat, tamquam maiores natu adolescentium communes patres essent. Quocirca iuvenes senatus die aliquem ex patribus conscriptis aut propinquum aut paternum amicum ad curiam deducebant adfixique valvis expectabant, donec reducendi etiam officio fungerentur. Qua quidem voluntaria statione et corpora et animos ad publica officia inpigre sustinenda roborabant brevique processurarum in lucem virtutum suarum verecunda laboris meditatione ipsi doctores erant. Invitati ad cenam diligenter quaerebant quinam ei convivio essent interfuturi, ne seniorum adventum discubitu praecurrerent, sublataque mensa priores consurgere et abire patiebantur. Ex quibus apparet cenae quoque tempore quam parco et quam modesto sermone his praesentibus soliti sint uti. At maiores natu in conviviis ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant, quo ad ea imitanda iuventutem alacriorem redderent. Quid hoc splendidius, quid etiam utilius certamine? Pubertas canis suum decus reddebat, defuncta cursu aetas ingredienti actuosam vitam fervoris nutrimentis prosequabatur. Quas Athenas, quam scholam, quae alienigena studia huic domesticae disciplinae praetulerim? Inde oriebantur Camilli, Scipiones, Fabricii, Marcelli, Fabii, ac ne singula imperii nostri lumina simul percurrendo sim longior, inde, inquam, caeli clarissima pars, divi fulserunt Caesares.

1. Sappiamo che in Valerio prevale, nella presentazione dei singoli aneddoti, una struttura tripartita abbastanza ripetuta (cf. Testo nr. 2 di questa raccolta). Ne ritrovi le tracce anche qui?
2. Il brano è significativo perché rivela le finalità inconfessate dell'opera di Valerio. In che senso?
3. Gioventù e vecchiaia sono presentate facendo ricorso a un repertorio di immagini abbastanza variopinto. Ne sapresti fare un elenco?
4. All'inizio del brano, Valerio parla di un *honos "cumulatus et circumspectus"*. L'espressione è ridondante e rimbombante nello stesso tempo. Cosa intendeva dire, secondo te?
5. Fra i termini particolarmente insistiti, in riferimento al comportamento giovanile, ci sono *statio* e *meditatio*. Cosa significano? Perché pensi che Valerio insista su di loro?
6. Cosa intendeva dire quando afferma che i giovani si davano da fare per *nonseniorum adventum discubitu praecurrere*?
7. Quali compiti assegna Valerio agli anziani?